



Rep. B. IX. 8. Mandatum Electorale.

In nomine nro lieft in Druck außgegangen  
ctätlich unter dem Titel: Amica admoniti  
cione: wird für gegeben, als ob im  
Braden Land die meisten Theologi in  
Meinung sein würden, wenn sie gegen  
ten zur Hand bräufman und lesen the  
nen für f. Braden aber gleichwohl das  
das sie vor publicierung der Apologie wollten,  
wie es fürmlich befohlen und befohlen mit  
quädingen befohl, alle und jeder diese beiff.  
für für fünfzig pastores und Diacone wollen  
genüß lesen und prüffet lesen beiff, innerhalb  
Monatsfrist vom 30. May an, von der Decision der  
hier für fünfzig, ein für, was ein jeder für  
beiff und ein von dem darwider f. p

IX. VIII. 19.

A. III. 24.

F 4 21 b  
9

DISSERTATIO  
ETHICA,  
*De*  
JUSTITIA  
& JURE,

*Quam*  
in INCLYTA  
ACADEMIA WITTEBERGENSI  
PRÆSIDE

M. JOHANNNE Greißlaw/  
WEISSENFELSA-MISNICO,

*Examinandam exhibet*

PETRUS Kinderman/  
LOBEJÜNA-SAXO.

*d. VII. VIIbris.*



È Typographéo CHRISTIANI THAM,  
ANNO M DC XXII.

OTTALETTIO

TULLICIA

ADPH


ADPH

ADPH

ADPH

ADPH





## THESIS

### I.

**N**Anti fecerunt Divam justitiam,  
Poetę gentiles, ut eam summo Jovi ad-  
festrice tribuerint: significantes, il-  
los, penes ac pone quos rerum summa  
jacet, nihil sine ejus ope ac opera recti  
bonive facturos. Lips. not. ad Pol.

### II.

Censuerunt ergo sapienter, qui justitiam virtu-  
tum fundamentum, Reginam ac dominam dixerunt.  
Est enim illa omnium simul electrix ac inspectrix cir-  
cumspectissima; Et veluti Veneris Stella claritate,  
seu diaphaneitate sua reliquis cœli faculis longe est  
admirabilior: Eundem ad modum Justitia cætera-  
rum virtutum præclarissima, quam olim compara-  
tionem Plato adhibuit. Si namq; singuli verè esse-  
mus studiosi justitię; Etiam liberalitatis, mansuetu-  
dinis, &c. simul studiosi existeremus. Unde cum alias  
ordo virtutum in nostro positus sit arbitrato; meri-  
tissimò ipsi justitię primum ferè inter virtutes Ethi-  
cas locum putamus assignandum.

### III.

Et illa, quatenus denominationem respectamus  
grammaticam à jure derivatur, ut enim cæteræ vir-  
tutes suas ab objectis, seu actionibus, circa quas ver-  
santur, denominationes trahunt: Eandem ad faciem

A 2

justi-

justitia à jure nomen obtinet, ut sit quasi juris status  
vel statio, nempè quod jus in ea gressum sistat. Ubi  
enim mediocritas in agendis rebus adinventata fuerit,  
jus ibi stare dici potest. Quamvis Icti à justitia po-  
tius derivare jus velint, quàm de jure justitiam; magis  
scilicet attenti ad paronymiam logicam quàm philo-  
logicam. Vlp. l. 1. de just. & jur. Wesenb. in paratitl.  
D. eodem tit.

#### IV.

Priusquam v. ad realem definitionem accessum  
faciamus, è medio tollenda est vocabuli multi-signi-  
ficantia, usurpatur n. illud 1. generaliter, cum non  
tantum rationalibus, verum quoq; brutis mutisque  
tribuitur animalibus. Ita justus erat diribitor ille  
asinus apud Æsopum, qui captam prædam inter leo-  
nem sese ac vulpeculam equaliter exciscebat; quam-  
vis hoc ipsi malè cesserit. 2. Theologicè, cujusmo-  
di justus sunt qui Deum timent, & secundum præcepta  
ejus inambulant: vel quibus justitia merito Christi  
parata imputatur. 3. faciunt justa, qui suos piè fune-  
rant Donald. Synops. Eth. l. 3. cap. 7. 4. Etiam heic

— *mala sunt vicina bonis, errore sub illo  
virtus pro vitio crimina saepe tulit:*

Quia prædones si equaliter participant de iis, quæ  
prædati fuerunt, justitiæ cultores extant. 5. pro vir-  
tute universali, quæ cæterarum virtutum modera-  
mentum est. 6. deniq; pro virtute morali propriè sic  
dicta; de quibus duabus posterioribus nostra agit  
disputatio. Sunt n. dignæ virtutes studio & confide-  
ratione accuratiore.

#### V.

Justitia igitur est habitus inclinans voluntatem  
ad tri-

3

adtribuendum constanter & perpetuò unicuiq; quod suum est, ut conversatio & conservatio vitæ maneat. Estq; vel universalis vel particularis; universalis quidem, quæ idoneos reddit homines ad parendum omni quod legis rationem subit, ad publicæ societatis tuitionem. Dicitur autem universalis duplici jure, primo, quia reliquarum virtutum gubernamentum est, ac eandem fere cum prudentia rationem ad virtutes habet. Ideoq; alias generalis & legalis dicitur. 2. respectu aliarum duarum virtutum, quarum genus est justitia particularis.

VI.

Particularis v. justitia est virtus regens voluntatem & appetitum ut certis præscriptis legibus obediat in rebus distribuendis & commutandis. Hæc specialis alioqui dicitur, & propriè dicta virtus est, quippe quæ mediante prima ad bonum unius personæ singularis respicit, uti loquitur Savonarol. l. 6. Ethic. Et dispescitur, ceu liquet ex data definitione, in distributivam ac commutativam.

VII.

Distributiva, ut prior est commutativa, ita prius definitur, quod sit particularis justitia, tribuens secundum merita, honores, dignitates, pœnas. Dicitur geometrica aliàs. Quia Geometrarum more uni plus minusve, quàm alteri confert. Est hæc stabilimentum rerum publicarum, juxta tritum: Honores alunt virtutes. Excessus est tyrannis & adulatio. Quarum illa pœnas nimis exasperat, qua de græcorum proverbium dici potest: Phalaridis imperium; Hæc nimios & tantum non divinos honores tribuit immerentibus, prout Herodis ministri faciebant.

A 3

Actor.

Actor. 12. vers. 22. Defectus est ignavia seu negligencia & extenuatio. Illæ non puniunt delinquentes ut meriti sunt. Ista honores merentibus justos haud defert. Species hujus justitiæ duæ sunt: Redditiva & punitiva.

### VIII.

Commutativa est quæ in contractibus seu mercimoniis & rerum permutatione neminem defraudat. Hujus instrumentum sive mediator numus est, cum enim in permutatione rerum maxima olim deprehenderetur inæqualitas; nummus inventus fuit, qui mercularum ponderaret adæquaretq; precium. Vocatur hæc arithmetica. Quia rem rei, sine respectu personarum heic oportet exequari.

### IX.

Justitiæ objectum jus est: quod à jubendo quidam derivant: quasi jussum, siquidem jussa antiquitus jura dicebantur. Alii quasi Jovis os dictum volunt. Tradunt n. veteres Ægeriam Deam Jovis mandato internoctu congressam fuisse cum legislatore Numa cumq; jura docuisse. Jus autem definitur, norma, juxta quam suscipi debent actiones, à justitia ut effectum proficiscens. Dividitur in jus primum, quod immediate à Deo in naturam promanavit, diciturq; aliàs naturale. Et jus secundum, quod sibi è primo derivaverunt homines, obligatq; vel multos simul homines & dicitur politicum, vel paucos inter se & dicitur œconomicum, quod est vel matrimoniale, vel patrum, vel herile. Quorum omnium definitiones petantur ex disciplinis suis.

### X.

Actus & executio justitiæ secundum juris constitutu-



4

stitutionem, Judicium est. Est enim Judex, quasi  
jus dicens. Tam splendidum nomen merito omnes  
moveat, qui in officinis judiciariis causas & lites di-  
rigunt ac dirimunt, ut nunquam non justa pronun-  
cient. Sicut enim Sacerdotum labia divinas: Ma-  
lach. 2. vers. 7. ita illi humanas custodire leges de-  
bent. Quamdiu enim faciunt, filii ac Angeli Altis-  
simi jure pieq; vocantur.

X. I.

Vidimus justitiam in solio ac throno Majestatis  
suæ pompaticè insidentem. Videamus porrò, quæ  
ejus hæreses ac hostes, à quibus incurfus, & ut ille ait,  
manes suos patitur. Et primo ostendit se genera-  
lis quædam injustitia, secundum quam nullis pe-  
tulanter legibus satisfacit. Sane sunt homines, qui vi-  
tioso qualificati habitu nullis societatum legibus  
constringi se perferunt, quin imò singulari via ince-  
dunt quasi non essent homines, scilicet

*Hi sapiunt soli, reliqui volitant velut umbra.*

XII.

Objectum injustitiæ injuria est, ea definitur aber-  
ratio à jure, cum sine causa invito alicui infertur in-  
juria. Opponitur autem juri, & quoniam jus socie-  
tatem vitæ optimè conservat è diverso illam injuria  
pessime dissolvit, vitio autem illo hodie nullum ferè  
frequentius est, juxta quod non tantum ignotus ad-  
versus ignotum, proximus in proximum, amicus in  
amicum; Sed etiam *cognatus in cognatum, civis in pa-  
triam delinquit*; Qui sane homines cum sint ex eo  
collegio quod cœgit omnis boni ordinis destructor  
teterrimus ac deterrimus, cum eodem etiam bræba  
reportabunt suo conatu dignissima, juxta versum,

*per*

*per quod quis peccat, per idem plectetur & idem*:  
quæ regula est Rhadamanti ejus collegii præsidis ac  
principis.

XIII.

Porro controversitur inter autores, num vo-  
lenti possit fieri injuria? Ac dicunt fieri duobus po-  
tissimum modis. 1. Ubi volens non est adeò bonæ  
purgatæq; mentis, qui nesciat ferè, quid velit aut pe-  
rat. 2. Cum fit alio fine, quam ipse cogitabat aut pe-  
tebat. Nos autem statuimus semper injuriam fieri  
posse, etiamsi volens optimæ mentis sit aut petat sibi  
eo modo fieri quo factum est, moti hoc argum.

*Ubicunq; est aberratio à jure, ibi quoq; injuria. Hic  
autem est aberratio à jure. E.*

non enim respiciendum est ad personas quid occipi-  
ant eæ; at num jus inviolatum maneat.

XIV.

Cognata justitiæ sunt æquitas & miseratio. Æ-  
quitas est prudentia interpretandi rectè ac applican-  
di speciales casus ad generalitatem legum. Usurpa-  
tur vero tantum in correctione juris secundi seu posi-  
tivi. Sicut enim voluntas divina immutabilis est:  
Ita quoque jus naturale ab eadem proximè profici-  
scens nulla ratione immutari potest. Bronch. cent. 1.  
adsert. 4. Arumæus Exercit. 1. thes. 22. Quidam pu-  
tant æquitatem contrariari justitiæ; sed responden-  
dum est, non esse contrarietatem hostilem sed potius  
placitam subalternationem justitiæ & æquitatis.

XV.

Miseratio magis contraria justitiæ est; ea enim  
vel ob sexus infirmitatem vel ætatis: aut ob impru-  
dentiam in facto: aut ob antea intentatam criminis  
actio-

5  
actionem justitiæ inbibet. Idq; facit vel absolute,  
simpliciter respiciens ad illa quæ diximus: vel relate,  
intercedente aliquo, qui Judici charus ac amicus est.  
Tantum de justitia.

NUNC QUÆSTIONES QUASDAM AD  
HANC MATERIAM PERTINENTES  
movebimus.

Quæstio I.

An justitia rectè pingatur cœca?

Justitiam non minus ac prudentiam in constitutio-  
ne virtutum moralium requiri statuimus supra: notum  
etiam est, prudentiam effigiari totam oculos; quare  
itaq; justitia cœco vultu depingitur? R.

Justitia dupliciter consideratur; 1. respectu actio-  
num, quas contemperat, ex qua temperatura deinceps  
virtutum species elicit ac eligit. 2. ratione personarum,  
quibus cum res est justitiæ. Priori modo oculatissima  
est, posteriore Cœca. Et quia istud hieroglyphicum ortum  
traxit è Schola Pythagoræ Ægyptiorum more justitiæ  
representantis, ideo ad jus Pythagoricum propriè refe-  
rendum venit. Erat n. illud totum ad personas forma-  
tum & lex Talionis dicebatur.

Quæstio II.

An justitia sit prior jure?

Justitiæ objectum jus est, omne v. objectum est prius  
suo habitu: inde colligi posset jus prius esse justitiæ. Keck.  
lib. 1. Syst. Eth. cap. 4. Respondemus actiones simplici-  
ter consideratas esse priores justitiæ habitu; considera-  
tas autem qua juris rationem habentes esse posteriores,

B

faten-

*fatente eodem Keckerm. dicto loco, jus effectum esse  
quia per justitiam viri prudentes leges tulerint.*

Quæstio III.

An justitia cum sit gubernaculum reliqua-  
rum virtutum sit quoq; earundem  
genus? N.

*Quia justitia propria virtus est, nec potest una  
species alterius genus esse.*

Quæstio IV.

An possit esse justitia commutativa ubi nummus  
tanquam mediator non bonus est? R.

*Posse quidem aliquam commutationem esse, si plu-  
res quàm alias nummi pro vendenda re deprecant an-  
vero justitia semper adsit & quidem Arithmetica  
dubitamus: cum bonitas & novitas nummi  
non à quovis perspiciatur & di-  
gnoscat.*



PROS-



PROSPHONEMA.

**F**ortunatus ades: Baldum acclamabat amicum  
Juridicis studiis obsequiosa cohors.  
Causa hæc: ingemini fragosa volumina Juris  
Vertere perpetuò duxerat intra animum.  
*Fortunatus ades PETRE.* Nam discursibus ipse  
Declaras Themidos castra sequenda tibi.  
Cæptis perge tuis, Ethices nec prælia linque  
Fessus, grata sit ut merx reditura tibi.  
Hinc accrescet honos, hinc laus, favor atq; parentum,  
Hinc spes de subitis fructibus ex studio.  
Namq; Ethices, Sophies, cui sunt certamina nota,  
Cognita plus medio prælia juris habent.

*Literatissimo Dn. Respondenti  
l. m. scribere voluit*

MAURITIUS FRIDERICUS  
à Wedel, Nob. March.

F I N I S.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Faint, illegible text in the upper middle section.

Main body of faint, illegible text, appearing to be bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text in the lower middle section.

Faint, illegible text in the lower section.

Faint, illegible text in the bottom section, possibly a signature or date.



tempore hoc unum non gubernavit occultè, sed formam dei  
secretò habuit usq[ue] ad temp[us] exaltat[i]o[n]is, in qua Christus homo  
universali et plenarie dominari cepit o[mn]i creatur[i]s sine ulla  
intermissione.

Falsè er[ro]r hoc est qu[od]dam auct[or] dicitur:  
Operat[i]o[n]es carni communicat[i]o[n]e nunq[ua]m cessant.  
Omni præsentiæ usus cessare nunq[ua]m potest.  
Christus ut h[ab]et se op[er]atur cum patre consubstanti.

Humanitas Christi à primo conceptiōnis momento sedet ad dextram dei.  
His enim stantibus, Christus pati et mori non potuisset. Accense  
o[mn]es antitheses in solida quatuor contrariet[er]m capitulū decisio  
ne positas.

FINIS.

74 2.133

ULB Halle

3

004 154 355



Sb.







670 Bl.

20.  
1  
28

DISSERTATIO  
ETHICA,  
*De*  
JUSTITIA  
& JURE,  
*Quam*  
in INCLYTA  
ACADEMIA WITTEBERGENSI  
PRÆSIDE  
M. JOHANNNE *Greißlawo* /  
WEISSENFELSA-MISNICO,  
*Examinandam exhibet*  
PETRUS *Kinderman* /  
LOBEJÜNA-SAXO.  
*d. VII. VIIbris.*



È Typographéo CHRISTIANI THAM,  
ANNO M DC XXII.